

IOANNIS BAPTISTAE EGNATII VENETI IN C.

Suetonium Tranquill. Annotationes.



On ab re futurum existimau, quando hoc totum industriae dicatum est à me bonis ac literatis uiris, si quos locos aut in melius emendaui, aut dilucidiūs explicau, subnecterem, eosq; nullo maiore uerborum apparatu, aut copia publicarem: tum quod nec ocij satis erat, longè maioribus districto: tum quod ab ostentatione semper absui: que cùm in omni re odiosa sit, tum in rebus paruis odiosissima esse iure solet. Accedit ad hæc, quod doceri tantum lectores hoc tempore uolui, quos eò mihi & quiores futuros arbitrabar, quò maturius illos dimisiſſe, propterantes uidelicet, & in hæc, ut ex iusto itinere viae toris ocij cauſa diuertentes.

EX D. CAESARE.

**F**orum de manubijs inchoauit, cuius area super H S. millies constituit. Tam eti Latini scriptores ad hanc diē corruptissimi magna ex parte sint: quædam etiā adeo obscura, ut nec ab eruditioribus intelligi queant: ea tamen pars, quæ ad

ad numeros spectat, et corruptissima ad nos transiit, et nullis adhuc satis cognita, aut pcepta uideri poterat.

Attulit autem huic malo opem primus (quod ipse sciā)

Leonardus Portius, Vincentinæ nobilitatis præcipuum Leonard,

deicus, libello iā ab hinc quinquenniū huic uni rei de- Portius.

stinate: in quo summa breuitate, et diluciditate pris-  
cos numeros, argēti et auri usum apud ueteres, numis-  
mata, & eorum pretium ac nōia attigit. Quæ palma  
tātō illum illustriore fecit, quātō res obscurissima illu-  
strata eius opera plus negotij habuit. Quotus enim  
quisq; ex ijs, qui humaniores literas profitentur, fuit,  
qui rem tam perplexā attingeret? Quis, cū ad hanc  
partem uenisset, aut codicū fidem non requireret, aut  
rem omnem planè non disimularet? Sed nec ipsi auto-  
res satis constantes erant: et notæ, rerumq; uocabula  
sic uel corrupta, uel perplexa, ut desperata semel re-  
iam neglectui haberetur, patrocinante sibi adiuicē  
multorū inscītia: quæ tacito præiudicio sumnam cau-  
sæ difficultatem prætendens, Areopagitarū more in-  
centum annos rem acquirendam pronunciaret, ut hu-  
iusmodi cunctatione nec ipsa se proderet, & differē-  
do inexplicabile negocium relinqueret. Nos igitur,  
ut ingenuè fateamur, Portium secuti, mille H.S. non  
millies, legendum existimamus: quoniam ea summa fis-  
dem omnem excedat: nam si millies H.S. legas, erit  
tāta pecuniae uis profusa, ut iniri ratio uix possit. Sed

& à Plinio dissentiet, qui de hac Cæsaris magnificientia loquens, ita scripsit: Pyramides regum miram opera, cū solum tantū foro extruendo HS. mille ducentis Cæsar Dictator emerit, hoc est, XXIX M. aureorum nostratum. Qua de ratione alias inferius.

Idem Tranquillus sic de triumpho Cæsaris scribit: Ascenditq; capitolium ad lumina, XL. elephantis dextra atq; sinistra lychnos gestantibus. Nos pro lychnis, lychnuchos substituimus, & ueterum codicum fidem secuti, & uim uerbi. Primum enim usitatum hoc Græcis est uerbum, Athenei autoritate, quæ lucernam significet, uel Alexidis Comicis poëtæ testimonio Midone:

ὅς περὶ τὸ ἐνσώμα μετὰ λυχνούς χάρει παθέμ  
ηρτίς καθεμώρη Δακτύλων. (τὸς νυκτός,

Hoc est,

Qui nocte lychnuchum ambulans gesit manu,  
Profectò digitis plurimum is cauit suis.

Nec Lucretius aliud innuit pulcherrimis illis uersib.

Si non aurea sunt iuuenum simulachra per ædes,

Lampades igniferas manibus retinentia dextris,

Lumina nocturnis epulis ut suppeditentur,

Nec domus argento fulgens, auroq; renidet,

Nec citharis reboant laqueata, aurataq; templæ.

Hæc uero nominum forma usitata Græcis: unde cœruchon, sceptuchon, ophiuchon. Iam & C. Pli. lychnuchos

ANNOT. IO. BAPT. EGNAT. 639  
nuchos penfiles dixit, quod & Hermolaus noster ag-  
noscit, ueteri etiam lapi de suffragante hoc titulo: Pa-  
thei cum suis parergeis, et Cupidines duo cū suis lych  
nucheis. Quod monumentum cum primus obseruasset  
Politianus, uir eruditione multa, tranquilli locum pri-  
mus (ut opinor) emendauit, quare Crinitus docti &  
probi uiri officio functus, ueteri possessori fundum  
uendicauit, non multorum more.

Conuentibusq; peractis Rauennę sub-  
stitit. Citantur à commentarijs in ostentationem ue-  
terū autoritates, nec tamen satis eruditè adhuc (quod  
sciam) quid sit peragere conuentus explicant. Nos ne  
non omnia cōmuni demus utilitati, perageré conuen-  
tus nihil aliud esse contendimus, quam iurisdictionē Peragere  
legitimā absoluere per oppida ad id destinata: quæ conuētus  
quando in ea statis temporibus cōueniretur à prouin-  
cialibus causa iuris sui persequendi, conuentus dice-  
rentur: repräsentant autem hunc morem anno uer-  
tente religiosi fratres, capitula appellantes: repræ-  
sentant etiam maximè omnium Galli parlamentis etiā  
quatuor institutis, quorum precipuum urbis amplitu-  
dine & autoritate Parrhisiense habeatur. Iam et uer-  
terum fuere uxoriæ stipulatioues, quæ conuenire in  
manū per coëmptionē dicerentur, de quibus aliás.

Quid illud, quod postea sequitur? Sed ante alia  
as dilexit Marci Bruti matrem, cui & pro-  
ximo

ximo suo consulatu sexagies H.S. margariam mercatus est. Quæ summa centum quin  
vniones. quaginta millia nostrorum aureorum facit, quādo ille  
Cleopatræ unio centies H.S. estimatus sit, id est, au  
reis ducentis quinquaginta millibus nostratisbus.

Sequitur non longè ab hinc locus, ut maioris cor  
ruptionis, sic etiam industrie, cùm hactenus ita sit  
lectum: Sed maximè dilexit Cleopatram,  
cum qua & cōiuia in primam lucem pro  
traxit, & eadem nau, thalamo'que penè  
Aethiopia tenus Aegyptum penetravit.

**Thalamē-** Vbi pro Thalamoq; Thalamo legendū esse, nul  
gus. li dubium esse posse. Est autem thalametus nauis à  
Philopatore Aegyptio Rege primum fabricata, qua  
Nilum, & Aegypti fossas nauigaret, eo usu, ut intra  
thalamum in regia sibi esse uideretur: magnitudine  
semistadij, latitudine cubitorum triginta, & ampli  
us: non longis nauibus, nec rotundis omnino similis:  
prora puppi'que duplice, fundo lato planō'que, quali  
forma fluviatiles sunt ferè omnes. Strabonis inter  
pres thalamferas naues hasce appellauit, quibus Ae  
gyptij frequenter uterentur solatijs caussa. Visitur  
& Venetijs in patria nauis, huic Aegyptijs persimi  
lis, cui Bucentauro est nomen, qua princeps & Sena  
tus uehi solent occursum principibus uiris, augustis  
sima specie. Plinius septimo, uittatae nauis meminit,

quam

**Thalamē**  
feræ na  
ues

Bucentau  
rus nauis  
Veneta.  
Vittata  
nauis.

quā Græci, & Sophocles in primis (uti opinor) των κιλοσόλων dixerē, que & ipsa maiore ornatus speē etaretur, qua ferunt à Dionisio Platonem exceptum, honoris gratiā.

Nec illud omissendum est, in quod fœdissimè lapsi sunt interpres unius literæ additione: ubi enim aquilifer legendum erat, aquilifero legerunt, sensu nullo, pariter & incepto. Tu itaque ita leges: Ut aquilifer morati Cæsari cuspide sit minatus: eo sensu, ut cum Cæsar inclinatam aciem restituere omnino uellet, tanta constantia fugientibus obstiterit, ut aquilifer detineti eum Cæsari cuspide sit minatus, & alter in manu detimentis signum reliquerit.

Illud est quod commentarij aut non obseruaue= Aurii pro rūnt, aut minus intellecerunt, ubi de auro promercata= mercata. li Tranquillus agit, occupato altero ex his in iuri uerbī explicanda, nec sensum satis attendente. Quid igitur est quod Tranquillus dicat tanta auri copia abun dasse Cæsarem, ut ternis millibus nummum aurum promercata per Italiam, prouinciasq; diuenderet: an quaternis millibus legendum est, ut argenti propor tio ad aurum decupla fuerit: quaterna enim millia nummum argenteorum, centum aureos nostrates ua lent, non tamen solidos, id est, dempto lagio, ut uerbum hoc usurpem vulgare: an ternis omnino milli bus tucare: ut hac ratione tria nummum millia ses

642 ANNOT. IN C. SVE. TRAN.  
ptem libras, & scilicet confiant, id est, septuaginta  
ta quinq; Venetos aureos, ut tantam auri uim ex Gale-  
licis spolijs Romae inuestam putas, ut auri pretium im-  
minueretur, argenti cresceret. Nostra autem atate  
auri mirum in modum crevit pretium, ut propè Pli-  
nianam analogiam equet, qui eam proportionem ar-  
genti ad aurum facit, que est quindecim ad unum,  
cum iusta videatur ea, que est duodecim ad unum.

Veteranis legionibus, queq; sequuntur. Hi c  
locus mutilatus uideri potest, uel Appiani lectioe: ille  
vñq; de Cæsare Dictatore loquens: Statim, inquit,  
post triumphum quecunq; exercitui pollicitus fue-  
rat, ampliore adhuc pecunia exoluit: militi drachma  
rum Atticarum quina millia, turmæ ductori bis tota-  
dem, tribunis militum, equitibusq; duplo maius, ad  
hæc singulis ex populo minam unam Atticam. Hæc  
Appiani uerba dissentire à Tranquillo maximè ui-  
dentur, non q; in populi congiario non conueniant:  
mina enim Attica, id est, argentea libra Romana qua  
dringentos nummos H. S. ualeat, id est, denarios cen-  
tum; reliqua adeò discrepant, ut quod Appianus qui-  
na millia drachmarū militi data à Cæsare dicit, equi  
ti duplo maius, Tranquillus de pedite reticeat, de equi-  
te non conueniat: nā ex Appiani sententia dena millia  
drachmarum data equiti necesse est, que Tranquillus  
ad sena millia r̄ducit. Nec mirū uideri debeat, quo  
de

de magnitudine militaris donatiui referimus, cum  
Plutarcho autore Antonius triumvir quina millia  
drachmarum singulis militibus post aciem Philip-  
pensem dederit.

Inoleuit & ille iampridem error Tranquilli co- Attili' co-  
dicibus, nec satis à commentarijs animaduersus, ut ubi micus pos-  
Attilij Electra citatur, Accij legeretur. Fuit autem ta.  
uetus comœdiarum scriptor hoc nomine satis cele-  
bris, quem tamen ut duriusculum Cicero in epistolis  
ad Atticum incœpit. Sed & Licinius scriptorem fer-  
reum appellare solitus est, quod dum tragœdias ex  
Sophocle in Latinum uerteret, duriorem se presta-  
ret, scripsit autem hic Electram ex Sophocle, unde  
carmina illa in interfectores cantata Trāquillus scri-  
bit. Volcatius Sedigitius Attilium poetam comicum  
maxime laudat, qui nescio an hic fuerit.

## EX AVGVSTO.

**S**Enatorum censum ampliavit, ac pro co-  
stingintorum millium summa duode-  
cim H S. taxavit. Ingenui, inquit ille, est hominis,  
fateri, per quem didiceris: & me hercule hunc locum  
perobscurum, nec ulli, quod legerim, cognitum, Bu. Budēlaus  
deus ex Gallia uir à secretis regis primarius felici-  
ter attigit, cuius eò libentius mentionem facio, quod  
annotationibus suis in Pædectas ante a satis celebris,

244 ANNOT. IN C. SVE. TRAN.

uel tralationibns quibusdam Plutarchi nobilis, nuper editis quinq; de aſſe & partibus eius libris adeò clerus euasit, ut non possit non summoperè ab omnibus commendari: qui duodecies H.S. et centies & milles differre plurimum à duodecim, centum, & mille do- cuerit, cuius sententiam eo libentius sequor, quod non minus doctrine p̄ se fert, quam candoris. Erit hic igitur sensus, ut Augustus princeps ab octingentis H.S. quæ summa antea census erat senatorijs, ad. mille ducenta reduxerit.

Stephanionem Togatarium. Vide ne multo melius Tagatarum legas, et intelligas actorem, na- sitata loquendi figura, & latina.

Famosi libelli. Etiam sparisor, de se in curia famulos li- bellos nec expauit. Famosi libelli qui, qualesue sint, quâue afficiendi poena, qui eos factitant, iuris cōſulti libro Digestorū XLVI. illud ex eorū leſtioa- ne non pretermiserim. Verba Vlpiani sunt ex codē libro: Hæc autem sunt ferè, quæ ad infamiam alicuius sunt, utputa, si quis ad inuidiam alicuius ueste lugubri utatur, aut squalida, aut si barbā dimittat, uel capillum submittat, aut si carmen conscribat, uel proponat, uel cantet aliquid, quod pudorem alicuius lœdat. Sed & Pauli uerba ad hanc rem ſpectantia, quia dia- gna memoratu sunt, subnectā: Eum qui nocentem in- famauit, non est bonum & equum infamari: peccata enim

enim nocentium nota esse, & oportere & expedire.  
Primus autem Augustus cognitionem hanc sub specie  
legis eius, que de laesā militare querit, exercuit.

Tiberium in foro legi curiata adoptauit.  
Parco libenter uiuentium nominibus, libentius autem  
mortuorum. Citantur namque à commentarijs pauci  
autores, qui curiatae legis meminerint, nec tamen quod  
illa sit, tandem explicatur. Tu ex selectis nostris in  
Ciceronis epistolis, que primus ipse (quod sciam) edi-  
derim, pete: nec enim iniucunda fuerint.

Verum adhibito honoribus modo, bisfa-  
tiam laudatus est, pro æde D. Iuli à Tibe-  
rio, & pro rostris ueteribus: sic hactenus önes. Sub uete-  
Tuita castigabis, et pro rostris sub ueteribus. Qui <sup>Sub nouis</sup> ribus.  
locus erat in foro quemadmodum & sub nouis. Vtrix  
usque autem loci meminerunt ueteres autores. Plini.  
lib. 35. Hinc & ille locus Marci Crassi agentis sub ue-  
teribus. & inferius: Moeniana, inquit, operiebat Sera-  
pionis fabula sub ueteribus. Plautus: Sub ueteribus ibi  
sunt, qui dant quiq[ue] accipiunt scenore. de loco autem  
qui sub nouis dicebatur, Marcus Varro, Sub nouis,  
inquit, dicta pars in foro ædificiorū, quod uocabulum  
eius peruetustum, ut nouæ uiae, que uia iamdudum ue-  
tus est. Liuius quoque filiam virgininus seducit ad nu-  
tricem prope Cloacinam, ad tabernas, quibus nunc  
nouis est nomen.

646 ANNO. IN C. SVE. TRAN.

Legavit populo Romano CCCC.M. Tribubus XXXV. H.S. Prætorianis militibus singula millia nummorum. Hic locus, qui Augusti principis legata continebat, admonere quemvis uel oscitantem poterat, maximam esse summam pecunie, que populo, que ue plebi Romane legatur: nam populo, id est, patribus, equitibus, & honestioribus plebeis (hoc nomine hosce contineri, uel illa usitata loquendi forma, Senatum populumq; Romanum, ostendere potest) legatum ab Augusto CCC.M. H.S. id est, decies centena millia aureorum nostrorum, quod nos millionum dicimus: plebi autem, id est, insimis planè hominibus, et mēdioribus XXXV. id est, octoginta septem & amplius aureorum nostratum, quod & Taciti uerba in primo historiarum planè significant, cùm scribit legata nō ultra ciuilem modum, nisi quod populo & plebi CCC.M. XXXV. prætorianorū cohortium militibus singula nummūm millia: legionarijs autem cohortibus ciuium Romanorum trecentos nummos uiritem dedit. Quin etiam illud quod sequitur: Professus nō plus peruenturum ad hēredes suos, quam millies & quingenties: si ad summam nostram deducas, facient tricies octies & quinquagies millia aureorum nostrorum: quamuis XX. proximis annis ex amicorum testamentis perceperisset

pisset trecenties milles: id est, triginta & amplius millionia.

Prius quam ab Augusto principe salubri magis q̄  
ambitioso discedat oratio, facturū me operæ pretius  
existimui, si cursim legionū numerum, & prouincia  
rum præsidia, reges, socios, imperij amplitudinem ex-  
Taciti historiarū libro quarto hic adnecterem, ut dī-  
ligentioribus etiam satisfiat. Ille igitur in hunc sen-  
sum: taliam bine classes infero superoq; mari utraq;  
præsidebant: Misenensis et Ravennas: sed et rostra-  
te naues ad Actium captæ, eam partem Italie tue-  
bantur, quæ in Galliam Narbonensem uergens Alpes  
maritimæ, & Foroiuliense coloniam spectat: legio-  
nes autem iuxta Rhenum, quæ Gallos, Germanosq;  
coerceret octo: robur ferè imperij, cū Hispaniæ tres  
tantum haberent, & Africa quoq; nisi quā Iuba rex  
Mauros dono acceptos regebat, duas habuit, Aegy-  
ptus totidem: quicquid uero terrarum tractus marè  
nostro, & Euphrate amne cingebatur, uastoq; terra-  
rum sinu ambiebatur, quatuor legionibus parebat,  
regibus Hibero & Albano socijs. Hinc rursus Euro-  
pa qua Thracia, & Illyricum magna ex parte pro-  
tendebatur ad Danubij ripam, sex legionibus attine-  
batur: hoc ordine ut Pannonia duas, duas Moesi, totidem  
Dalmatae haberent, cum in urbe proprius miles  
Latia Heturiaq; ferè delectus, duodecim cohortes,

648 ANNOT. IN C. SVE. TRAN.  
tres urban.e, nouem prætorie suis castris attineren-  
tur, ut interim per prouincias idoneas socie alie, &  
cohortium auxilia non decessent, variante earum nu-  
mero ex rerum usu: erat igitur triplex classis para-  
ta, legiones autem numero septem et uiginti, præter  
auxilia ferè sociarum gentium, ac regum totidem.

EX TIBERIO.

Clemens  
seruus A-  
grippæ. **N**Am & seruus Agrippæ Clemēs no-  
mine. De hoc Clemente sic ferè Tacitus se-  
cundo: Audacia seruitij propè ciuilia arma desum-  
pta, cum Agrippæ Posthumi seruus Clemens nomine  
in Planasiam uectus Agrippam inde abducere, atque  
ad Germanicos exercitus comitari statuisse, sed o-  
nerarie nauis mora præuentus imperfecto statim A-  
grippa, cineres eius suratur, seseq; intra Hetrurie se-  
creta abdens, Agrippam esse simulat, cui nec forma,  
nec ætate absimilis erat. Qui rumor per Italiam uul-  
gatus, cum ancipitem, anxiūq; Tiberium maximè  
haberet, tandem per Salustij Crispī clientes duos uim-  
etus ad Tiberiū ducitur, à quo interrogatus quomo-  
do Agrippa factus esset: & tu, inquit, quomodo Cæ-  
sar? quem Tiberius clam necari iussit, nec de auctori-  
bus amplius quæsumus.

Percenius **E**t duplex seditio, in Illyrico & Germa-  
nia. Seditionem in Illyrico, autore Tacito, Percen-  
nius quidam theatralium operarum dux mouerat

accra

acerrimam, cū milites in singulos dies singulos dena-  
rios peteret, cū antea denos asses accipere cōsueisset:  
peterent etiā, ut XXVI. annus stipendiorū finem face-  
ret, nec ultra sub uexillis haberetur, néue in alia ca-  
stra tralato militi, p̄ remiū pecunia solueretur, quan-  
do pr̄etoriani qui binos denarios acciperet, post se-  
xtum decimum annū militia defungantur, nec tamen  
tantum periculorū, aut laboris adiret. & paulo p̄st:  
Tiberium latitantē, & ad singula pavitatem, nuncijs  
frēquētes perpulēre, ut Drusum filiū cum primoribus  
ciuitatis, et cohortibus pr̄etorijs dimitteret, qui pro  
fectus et uariè iactatus, uix tandem militū animos Per-  
cennio & Vibuleno autoribus cæsis leniuit: relictis  
enim castris in hyberna cōcessere. & mox idē autor  
addit: Eadem causa Germanicos exercitus eodē ferē  
tempore turbauit, petebant et illi missiōne & premia.  
Nec prius sedari animi eorū potuere, q̄ uicena stipen-  
dia meritis missio sit data, qui sena dena, exautorati.  
Quinetiam miles in seipsum sœuīt, neq; nō in ipsum  
Germanicū, donec ablegata Treuiros Agrippina u-  
xor animos eorū mutauit, sic inferioris exercitus Ger-  
maniae placatus, superioris miles maiore mole, quo  
grauiora in cēturiones, in legatos P.R. ausi fuerāt: nā  
Munatiū Plancū aggressi, qui legatus à Tiberio uene-  
rat, nō prius dimiserat, q̄ ille aquilā cōplexus, religiōe  
se tueretur, ac ni Calphurnius centurio subsidio affuis-

650 ANNOT. IN C. SVE. TRAN.

Set, yaro etiam inter hostes exēplo legatus P.R. in castris, deorum aras suo sanguine maculasset, Eos tandem Germanicus cōtracto exercitu, cum pararet inuadere, contumaces, literis prius ad Cecinnam missis admonet, sibi consulant, & resipiscant: quod nisi faciant, & autores seditionis tollant, uenturum se cum exercitu, & usurum promiscua cāde. quæ literæ occultè signiferis, & aquiliferis lectæ per pulcra legatum, ut statueret tēpus cādis: sicutumq; passim, quasi ciuili bello in fontes & ignaros, nec satis noscentes, quod cādis initium, aut quæ causa, qui u finis foret, donec castra ingressus Germanicus oratione habita, cum satis expiatum diceret, eos in hostes duxit, unde piaculum furoris sumeret, & hostes Romani populi cādendo, & uulnera impijs pectoribus accipiendo. Hec pluribus ex eo autore addenda curauimus, quò tota hec pars clarior, illustriorq; fieret.

Libonē ne quid in nouitate acerbius fieret. Is Libo è familia Scriboniorū fuit, unde & Scribonius cognomine dictus, qui per Firmiū Catū Senatōrē amicitia simulata deceptus, cū magos super imperio cōsuleret, & Chaldaorū promissa, somniorūq; interpres scrutaretur, dū pro aūum Pōpeium, amicam Scriboniam Augusti uxorem iactat, per eundem Catum post plures testes repertos, qui conscij forent, ad principē desertur, maximē Iunij cuiusdā iudicio,

qui

qui tentatus fuerat, ut umbras infernas carminibus eliceret. Ipse igitur Libo, cum Tiberius eum blandè interim appellaret, non vultu, non verbis commotior, quim etiā cōuiuio adhiberet. & pratura ornaret, tandem Senatus iudicio condēnatus, seipsum, cum omnia prius tentasset, apud Tiberium necauit, factumq; S. C. ut mathematici ita pellerentur. Idē Tacitus.

**Q. Haterio.** Is consularis uir, in Senatu decreti **Q. Hateri** faciūdi autor fuit, ne uasa auro solida ministrandis ci<sup>trias.</sup> bis fierent, nēc serica uestis uiros feedaret: qui familiā senatoria ante excessū Tiberij decebat, eloquens tia quoad uixit, celebrata, cū tamen exigua scripserit, quippe qui impetu magis, quam cura uileret: nam ut in alijs studium ac meditatio plurimum ualeat, sic Haterij profluens illud, ac canorum cum ipso obiit.

Religiosas uestes cū instrumento omni combureret. Qui uestas legendum admonent, nimis anxiè, ne dicam superstitiose rem satis apertam in disputationem uocant.

Aboleuit & uim moresq; asylorū, quæ usquam erant. Commentarij ex ijs, quæ uidere, les gereq; potuerūt, non pauca. Nos ex codē Tacito omnia pleniora faciamus. Ille igitur tertio in hunc ferē sensum: Cū cresceret Græcas per urbes licētia asyla cōstituendi, quæ seditiones in dies alerent, placitū est ut singulas ciuitates iura, ac legatos mitterent: & cū multe

652 ANN. IN. C. SVE. TRAN.  
multi uenissent, qui summo studio certarāt, fesso Sena-  
tu eorū multitudine res ad consules relata, factumq;  
S.C. quo modus præscriptus singulis est. Iusq; ipsis  
in tēplis aras facere, neu religionis prætextu turbas  
lentiſima natio ſeditionibus fomenta præberet.

Rhascu - Maraboduum & Rhascupolim. De Rha-  
poles scupoli Thrace ex eodē Tacito copiosius hauries. Is-  
Thrax. aut Marabodus diu apud Sueuos rerū potitus, ma-  
Marabo- luis Sue- gna apud suos gloria, mox Catualde iuuenis inter-  
bus. Gotthones nobilis, ui pulsus, ad Cæſaris misericordia  
fugit, transmissōq; Danubio magnifica deſe in Sena-  
tu oratione habita, qua se Pyrrho & Antiocho regi-  
bus aquaret, Rauenna in glorius conſenuit, nimia ui-  
uendi cupiditate imminuta ueterē gloria.

Asellio Sabino H.S. ducentia. Hæc ſumma  
quinq; millia aureorum noſtratium ualeat.

Atalante tabulam, in qua Meleagro illa-  
ore morigeratur, legatā: ut ſi offendetur,  
pro ea decies H.S. acciperet. Decies H.S. nō de-  
na ſeſteria ſignificant, ſed decies centena.

Publicè munificentia bis omnino exhi-  
buit, proposito millies H.S. Hæc ſumma quinq;  
& uiginti centena millia facit noſtratia, id est, duo  
millionia, & dimidium.

Satis conſtat Cn. Lentulum augurem. Is-  
Cn. Len- tulus, qui consularis uir triūphalia ornamen-  
tis Augur ta de

ta de Getis retulit: primò pauper, dein adèo opulentus, opibus innocenter comparatis, & modestè habitis, ut quater millies sestertiū possederit.

Condemnatam & generosissimā fœminam Lepidam in gratiā Quirini consularis prædiuitis, & orbi. Tacit. 3. At Romæ Lepida Aemilia familia nobilissima, L. Sylla, & Cn. Pompeij proneptis, desertur ad principem supposuisse partum Quirino cōiugi, quinetiam obiecta adulteria, & uenena, consultiq; Chaldaei de Cæsare. Tandem dānata illa magna Quirini inuidia, prægrauāte Tiberio, sed dissimulante, aquaq; et igni interdictum, bona cū publicari deberent, ne publicarentur Scauri gratia factum, qui filiam ex Lepida genuerat. Et paulò post: Celebratū est Sulpitij Quirini funus exequijs publicis. Tametsi nihil ille ad Sulpitiam familiam pertineret, qui Lanuāj ortus modicis parentibus & opibus, militia clarus, et uchemens ingenio, cōsulatum sub Augusto meruerat: mox Cilicū castellis expugnatis, triūphi insignia meritus, C. Cæsarī in Armenia comes & Tiberij cultor, dum Rhodi ageret, hinc principi charus, præpotente senecta, sed apud populum accusatione Lepidæ & sordibus inuidiosa.

Cn. Piso.

Etiā causam mortis fuisse ei per Cn. Pisonem legatum Syriæ fuisse creditur. Is Piso Germanico datus est à Tiberio comes & legatus,  
qui

654 ANNO. IN C. SVET. TRAN.

qui cum Plancina uxore adeò aperte similitates cum Germanico exercuit, ut reperta sint reliquiae solo, ac parietibus cruta humanorum corporum, tabulae etiam plumbeae, quæ devotiones ac carmina in Germanicum continerent, donec accusantibus Trione & Veranio, accerrimè autem omnium Vitellio iudicio Senatus damnatus est, magis assentiente Tiberio, quam approbante. Piso post damnationem domi iuuentus, per osso iugulo, iacente humi gladio, concessa Plancina uxori incolumitate ob preces Augustæ, et filio indecem annos relegato. Diuersus ab hoc fuit L. Piso, qui curator urbis sub Tiberio principe fuit, biduo, duabusq; noctibus per potationem consumptis clarius: cuius (nisi fallor) constantiam & autoritatem in Senatu maximè Tacitus commendat.

Statuæ quidam Augusti caput depresso  
rat. Tu emendato demperat. Idem Tranquillus in Ca-  
ligula: Diuinam maiestatem asserere sibi cœpit, da-  
toq; negotio, ut simulachra numinū religione et arte  
præclara, inter quæ Olympij iouis apportarentur è  
Grecia, quibus capite dempto suum imponeret.

Seianum res nouas moliente m. is codem  
Tacito genius Vulsinijs est, patre Seio Strabone ea  
quite Romano. & à prima iuuenta C. Cesari Augus-  
sti nepoti percharus. Aduersa fama quasi Apitio stu-  
pium corporis uendidisset, mox defuncto C. Cesari  
re,

L. Piso.

re, Tiberio miris artibus insinuatus, adeò principem  
sibi obnoxium fecerat, ut callidissimum et obscurissi-  
mum alijs, sibi uni incautum reddiderit: laboris pa-  
tiens, audacie nimia, simulator iuxta & dissimula-  
tor, pro pudore, quem palam ostentaret, immensa op-  
pum libido, nec minus criminando, quam adulando  
principi, & largitione ac industria interdum acce-  
ptus. His artibus sene circumuento, primò Drusum  
Tiberijueneno tollit, dato per Lygdum spadonem,  
uxore etiam Liuia auxiliante, que illi per stuprum  
cognita fuerat: inde in Agrrippinā & eius liberos cō-  
uersus, tacitis eam criminationibus inuoluit, ut tan-  
dem relegatam Tiberius interfici iussit cum Nero  
ne filio, donec ille iisdem petitus artibus cū filiis ene-  
ctus sit, quorum corpora in Gemonias sint abiecta.

Nam Charidem Tu Chariclem emendato,  
de quo sic Tacitus: Erat medicus arte insignis, nomi-  
ne Charicles, magis ad consilium, quam ad usum me-  
dicinae, quam princeps omnino negligeret, familia-  
ris. Is ueluti negotium suum curaturus, dum commenda-  
tum petit, uenias pertentat, nec secessit Tiberium, qui  
offensus ac eō magis iram dissimulans, instauri epu-  
las iubet, easq; protraxit, quasi honori proficiscentis  
amicis id daret.

Charicles

Pars terram matrem. Perbellè faciunt uerba  
Plinij ex secundo ad hunc Tranquilli locum, que &  
subiecte

656 ANNOT. IN C. SVET. TRAN<sup>s</sup>  
subnectenda censui: Sequitur terra, cui tantum nomine  
præcipue uenerationis indidimus, matrem appellan-  
tes: cuius numen ultimum iam nullis precamur, rati-  
grae nimis ac noxiū, ac si nesciamus irasci nunquia so-  
lere, que sola natu: homines excipiat, exceptos alat,  
editos sustineat: nouissimè, cùm cætera nos omnia  
deseruerunt, una adhuc complexa uisceribus suis tan-  
quam à reliqua natura neglectos retinet, nunquam  
efficacius pietatem maternam ostentans, quām cum  
sacros nos morte etiam faciat.

EX CALIGVL<sup>A</sup>.

**L** Egiones uniuersas excessu Augusti nū-  
rato. Satis constat eodem Tacito, cum impe-  
riu: Germanico omnes assererent concionati, illis  
quasi scelere suo contaminatum præcipitem tribuna-  
li desiluisse, ferrūqz in pectus adegitte, ni proximi  
sublatam in uulnus dextram retinuissent, tametsi nō  
defuerint, qui hortarentur ut feriret, quinetiā Clausi-  
dius quidam miles strictum gladium obtulit, addens  
uteretur eo, qui acutius penetraret. Verum composi-  
ta seditione, in Germaniam ducto exercitu, bis acie  
Arminius Germanos uicit. Varianos milites sepulturæ m<sup>n</sup> a-  
German<sup>d</sup> dat. Arminii præcipue apud Germanos famæ prop-  
ter cæsum Quintiliū cum legionibus adeò fatigat,  
ut liberator ille Germaniæ pulsus, profugusqz tandem  
propinquorum insidijs petitus occubuerit.

Omnis

Omnes Germanico corporis, animiqz uir Germani-  
ci laus.

tutes. Nihil dici uerius potuit: nā pr̄ter summā eru-  
ditionem, ingeniumqz ad poëticen etiam factum, sum-  
ma in eo comitas erga socios fuit: in hostes mansuetu-  
do, quos uicisse, et ad pœnitentiā uersos satis habuit.  
His accedebat forma corporis egregia, uisu, audituqz  
iuxta uenerabilis. Dū fortune imperatorie maiestatē  
retinet, inuidiā tamē & arrogantiā euitaret. Qua-  
re nō Romanorū solū ingēti luctu, sed prouinciae, et  
circūiacentium populorū et hostiū deceſſit. Tacitus.

Cordi Cremutij. Tacitus: Cornelio Cocco, &  
Asinio Agrippa Coss. Cremutius Cordus postulatur  
nouo, ac tunc primū audito criminē, quod annalibus,  
quos ediderat, dū Brutum Caſſiumqz laudat, Romano-  
rum ultimos eos appellasset. Accusatores autem erāt  
Satrius Secundus, & Pinarius, ex intimis Seiani, que-  
res exitiabilis reo erat. Cremutius igitur cū se corā  
Senatu defēdisset, inde egressus uitā abstinentia finiſt  
censuere patres libros per ædiles cremandos. Sic dū Cordi  
ingenii Cordi puniūt, maiorē illi gloriā astruxere. <sup>Cremutij</sup> mors.

Cum lege Luciana apparatus circi, Emen-  
dauimus ex codice manu scripto, cū elegantiam ap-  
paratus circi proſpicere pauci ex proximis mœnia-  
nis poſſent: magna commentariorum ſocordia, qui  
rem non aduerterint.

Datoqz negotio, ut ſimulachra numinum

Tt reli-

658 ANNOT. IN C. SVE. TRAN.  
religione & arte, inter quæ Olympici lo-  
uis apportarentur egregia. Par error cum supe-  
riore: Quis enim non uidere potuit non egregia, sed  
è Græcia legendum?

Quin & subinde iactabat exquisitum  
semel fidiculis de Cæsonia. Et hic uidere debu-  
erant, se uel non semel legendum, uel semet, id quod  
codices manu scripti habeant.

Vicies ac septies millies H. S. Tiberij  
Cæsar. Hanc summam ingentem, ac supra fidem es-  
se nemo dubitare potest, qui Tiberij principis tena-  
citatem, & opes imperij Ro. per tot annos ab eo con-  
gestas, et prodigum Caligulae ingenium estimare non  
uelit. Vicies igitur septies millies H. S. si ad numisma  
nostrum rediges, sexages septies millies mille aure-  
os nostrates facit. Græci sex millia septingentas, &  
quinquaginta myriadas aureorum dicerent.

Nec dicendi finem factum, quoad trede-  
cim gladiatores H. S. nonages ignorati ad  
dicerentur. Hunc locum dum imprimendum curarem,  
non satis aduerteram: nunc licendi finem factum, scri-  
bendum admoneo. Quid sit autem licerit, & quo sen-  
su hic accipi possit, nemo non(ut opinor) statim ad-  
uerterit, nonages autem HS. est summa pecunie no-  
stratis ducenti uigintiquinq; mille aurei Veneti.

Cassius  
Chærea.

Cassius Chærea. Hic ille est, qui centurio Ger-  
manici

manici exercitus, seditione, quam mouerant excessu  
Augusti nunciato, cum eum peterent ad mortem mili-  
tes, ut reliquos centuriones, audacia singulari per  
medios ferro sibi uiam patefecit, unde et salutem ade-  
ptus est, magna centurionum aliorum parte cæsa.

## EX CLAVDIO.

**L**Egatoq; nō amplius, q; o & ingentoū  
H S. prosecutus. Multi uel apud hunc unum  
autorem erant loci, unde admoneri poterant diffe-  
rentia in numeris, nisi planè connuerent: nam hic o-  
& ttingenta se stertia modicum legatum Augusti prin-  
cipis apparet: plus aut uicies H S. quod infrā à Tibe-  
rio legatum dicat: multo aut plus octogies H S. quod  
initu noui sacerdotij coactus est impendere, ex quo  
ad tantam rei familiaris angustiam decidit, ut in ua-  
cuum lege prædictoria uenalis diu pependerit.

In delibatorio. Adeò iam notum esse poterat,  
quid diribitorū sit, aut unde dictū, ut qui delibatorio  
legant, parum certè uidisse dici iure possint: nam C  
Dion in historijs Latinū nomen hac appellatione dis-  
xit. Iā uero & diribitores pro diuisoribus pecunia-  
rum Ciceroni notius est, q; ut explicari latius debeat. Diribito-  
res. Diribito-  
Est aut diribitorū publicæ ædes in quibus exercitus rium.  
recēserentur, & stipēdia militibus diriberetur, id est  
distribuerentur, in quibusdā Italie locis etiā usitatæ.

Constituir pro conditione cuiusc; ciuis

660 ANNOT. IN C. SVE. TRAN.

uacionē legis Papia Poppæa. Quæ lex es-  
set Papia Poppæa, undēue dicta, mox planius; Illud  
interim admonere lecturos hæc uolui, corruptam ha-  
et enus Tranquilli lectiōnem uno alterōue loco simi-  
li, nec legem Pompeiā legendum sed Papia Poppæa  
iunctim, in quo non possum non mirari negligentia  
multorum, qui sine testibus in causa dubia et incerta  
in forū descendant. Fuit igitur Poppæus Sabinus cō-  
**Sabinus**  
**Poppæus** sularis, ac triumphalis uir insigni memoria auius ma-  
ternus Sabinae Poppeæ. Vnde illa etiā dicta Poppæa  
nam patrem Olliū honoribus nondum functum ami-  
citiā Seiani sub Tiberio peruerterat. Hic igitur sub  
Augusto principe legē seuerissimā de maritandis or-  
dinibus tulerat, qua sexagenarij tantum non teneren-  
tur, cui capiti postea à Claudio abrogatū infra Trā-  
quillus afferat. Hæc autem iunctim Papia Poppæa di-  
cta uidetur, q. cum Papius legem contra adulteros tu-  
lisset ac de matrimonij etiā sanxisset, cuius & Au-  
sonius præter alios meminerit, Sabinus Poppæus ean-  
dē retractarit, grauioribusq; pœnis additis, sanxerit  
frequentanda matrimonia. Vnde & lex postea à pri-  
mo autore Papia dicta, postea de Sabino Poppæo Pa-  
pia Poppæa iunctim appellata est, quā senior August.  
post Iulias rogationes in citandis cœlibum pœnis, et  
augendo ærario sanxerat. Hæc uero legē Tacitus fre-  
quenter citat, maxime in tertio. Admoneri etiā pote-  
rant

rant saltem infra legem hanc non de ciuitate, aut ali  
quo iure alio q̄ de maritandis ordinibus agere, cūm  
Tranquillus dicat capiti legis abrogatum à Tibe-  
rio, quasi sexagenarij generare non possent. Ceterū  
instituti nostri non est, acrius aliorū errata castiga-  
re, & eorum maximē, qui in Tranquillum scripsere  
cōmentaria, quorum alter adeò breuis est, ut etiā in-  
tra commentarij leges constiterit, alter adeò redun-  
dans, ut fabulari sēpe uideri posse: ita fit, ut aliud  
agendo male interdum agat: uerū ipsi uiderint.

Capiti Papiae Pompeiae legis. Idem error,  
atq; ideo ad superiorem normam redigendus.

Aulo Plancio etiam orationē decreuit.

Hic est ille A. Plancius, qui consularium primus Bris-  
tannie pr̄positus est, bello egregius: is redacta pau-  
latim in prouinciae formā proxima insulæ parte O-  
storio Scapulae imperium decedens reliquit. Cuius et  
Tacitus meminit, sed & Tranquillus in Vespasiano,  
duas ualidissimas gentes, superq; uiginti oppida, &  
insulam Vescem Britanniae proximam in iditionem  
redegit, partem Auli Plancij consularis legati, par-  
tim Claudijs ipsius ductu.

A. Placius

#### E X N E R O N E.

**N**ec ante cantare destitit q̄ inchoatum  
absolueret nomō. Hic desiderari inter-  
pretis diligētia potest: nam quid nomos esset, tam ne-

Tt 3 sciunt.

Nomos  
quid.

scijst, quām facile diſimulauit: significant autem apud Græcos nomi cūm multa alia, tum uero in musicis certam quandam legem, ac rationem canendi, ut tam tibicinum & citharœdorum præcipue sint unde & à uulodis moi & uirginali dicti: primus au-

Terpader. tem Terpander autore Plutarcho citharœdicos no-

Clonas. mos instituit suis, atq; Homeri uersibus malè adiun-

Polymnestus. gens. Clonas autem post hunc aulodicos inuenit, id est, tibiales, et ea quæ Græci τρῳωνικα appellant,

quem poste à Polymnestus Colophonius imitatus sit, nomisq; poste à diuersa imposita sunt nomina, quæ ex Plutarchi libello, ubi musicen persequitur, queras. Illud etiam scitu dignum, ex Græcorum commenta- riorum inueniua primos ab Apolline citharœdicos no- mos inuentos, quibus ille & uitam hominibus produ- ceret, & in multis canendi suavitate feritatem tolle- ret: unde factum, ut Aristoteles est autor, ut modi ac canendi rationes quedam, quibus canentes utimur, nomi iam usitato Græcis uerbo dicantur. Verum de his aliàs.

Si paulum subibisset, aliquid se suffertum tinnitum. Nec scire fas est omnia, & lyncei etiā cecutiunt: ubi tamen officias facis, in eo reprehendi dignus. Quis enim non stomachetur, quod hoc in lo- co gannit interpres? Verum ipse uiderit. Ego suffera tim lego, aduerbiūq; eadem forma statuo, quæ Latini

nis frequens, uiritim, singillatim: significare autem  
hoc aduerbum puto, quod plenum & grandius sit,  
huiusmodi sensu: promittebat Nero simulac subbibis-  
set, fore ut plenius & grandius tinneret. Suffertum Suffertū,  
autē ac differtum plenum significare Seneca uerba Differtū.  
& Horatiū probant, ut alios omittam. Ille enim so-  
le nubem suffertam dicendo, hic cauponibus & nau-  
tis differtum Appiū forum, ostendunt plenitudinem  
hoc nomine intelligi: sed & Tacitus frequens differ-  
tum, usurpat pro maximè pleno.

Super ingenuorum proagogia. Non p: Proago-  
dagogia aut pæderastiam, quod cōfinxit interpres, gia.  
sed proagogia legendū quiuis uel mediocriter Græ-  
cas literas edoctus agnoscat. Sunt autem proagogia  
Græcis que Latinis perductiones, et quod illi προαγο-  
γεῖμ, nos perducere diximus, id est, lenocinari, et  
lenocinium facere: adeo autem & Latini & Græ-  
ci scatent hoc uerbo, ut consultò exemplis abstine-  
am, & alioqui admonere tantum lectorem uolu-  
mus.

In Tyridatem, quod uel uix credibile  
uideatur octoginta millia diurna erogauit.  
Id est, uicena millia aureorum nostrorum, quemad-  
modum quod aleam luderet quadragenis in punctum  
sestertijs, id est, denis millibus in singula pun-  
cta significat: quod autem addidit abeundi contulisse

664 ANNOT. IN C. SVET. TRAN.  
millies H.S. innuit uiginti quinquies centena millia  
donata, ut non sit mirandum, quod Tacitus de eo pro  
diderit, quatuordecim annis, quibus in imperio fuit,  
bis & uicies millies H.S. donationibus effudisse.

Armillata & phalerata Mazacū turba.  
Si ex his nonnulli qui nostra tempestate aliquid scri-  
psere, modestiam atq; ingenuitatem retinere uoluis-  
sent, profectò melius Latinæ rei consuluisserent, nec  
multa inuertissent, qualis est hic locus, in quo codi-  
ces omnes Mazacum habent: quod cùm illi non intel-  
ligerent, amaxicorum: et mille alia huiusmodi mon-  
stra substituerunt. Ego Mazacum lego, et ex Cappa-  
docia seruos (unde ingens Romæ copia) interpre-  
tor, qui & Cappadoces appellantur ab Horatio eo  
uersu, Eget eris Cappadocum rex. Dicit autem Ma-  
zaca, ut (arbitror) ab urbe eorum regia Mazaca,  
que in medio totius Cappadociae posita, cùm multis  
alijs indigeret, tamen propter situs commoditatem,  
& lignorum, ac lapidum, & herbare copiam delecta  
ab his fuerat, in qua reges habitarent, unde et mater  
urbium ab his dicta, que tamen postea sub Argæum  
montem posita, Cæsarea sit appellata, cui magnus Ba-  
silissus postea præfuit antistes. Erit igitur Tranquilli-  
sensus, quod Nero frequenti Cappadocum seruorum  
copia stipatus incederet, quos Mazacas ab urbe co-  
rum primaria etiam appellaret.

Siqui-

Mazaca  
urbs.

Cæsarea  
urbs.

Mazaca.

Siquidem icunculā puellarem. Perridiculūt, quod de acu, seu acunclā commentarij gan-  
niant. Tu icunculam legas & πότε εἰκών forma  
diminutiuā, pro parua imaguncula. Iam & Plin. ico-  
nicos agnoscit duces, quid sit autem εἰκών apud rhe-  
tores, non est præsentis loci, & res alioqui satis cele-  
bris.

EX GALBA.

**V**T secum uehiculo proximo decies  
sestertium in auro efferret. Id est, ui-  
ginti quinque millia aureorum.

EX OTHONE.

**A**Nte pau. os dies seruo Cæsarīs pro  
imperata dispensatione decies H.S.  
expicerat. Nullus (uti opinor) locus exp̄essius  
differentiā inter dena H.S. & decies sestertiū ape-  
rit. Nam si idem significarent, quo pacto quindecim  
spiculatoribus dena repræsentari poterant? decies  
igitur H.S. cum quinque & uiginti millionū aureorum  
reddant summā, dena singulis numerata sunt, id est,  
duceniquinquaginta aurei, sicque expensa ex ea sum-  
ma, quinque frē millia sunt.

Nec quicquam prius pro potestate sub-  
scripsit, quām quingenties sestertiū ad per-  
agendam auream domum. Id autem facit duo-  
decies centena & quinque millia aureorum nostro-  
rum: quæ summa si cui incredibilis uideatur ad ab-

Tt 5 solu-

666 ANNOT. IN C. SVE. TRAN  
solutionem domus, & stimet ille secum id magis mi-  
rum, quod de Marco Scauro Plinius scriptum reli-  
quit, bis millies festerium uillæ incendio Scauro pe-  
riisse.

EX VITEL LIO.

**A**Carpathio usque freto. Quis non uideat  
nequaquam probari id posse, quod plerisq; à  
Parthia arrideat, cùm freto Carpathio bene sanè le-  
gatur?

EX VESPASIANO.

**E**t tamen nec sic quidē pristinæ cupi-  
ditatis infamia caruit, Alexadrini Cy-  
biotatē cum uocare perseuerarunt, cogno-  
mine unius è regibus suis turpislimarū sor-  
dium. Erat certè officium boni interpretis, ut qui-  
nam hic tandem fuisset, aut unde illi cognomen tam  
**Cybium.** sordidum astructum esset, explicaret. Nos Cybium  
Plinio, Martiali concisam pelamidem appellari sci-  
mus, unde frequens Plinio nominis usurpatio inter  
principia falsamenta, corrupta etiā apud Varronem  
lectione. Credidit Festus dicta à cuborum similitudi-  
ne, qui cùm æquè in omnes partes pateant (quadratae  
enim ad lusum aptæ sunt) ita etiam piscantes hoc ge-  
**Cybiota-** nus piscis, aleam ueluti ludant. Hic autem quem Cy-  
biotatem appellatum dicit Tranquillus propter eius  
illiberalitatem, non unus fuit ex Ptolemais regibus,  
sed

sed è Syria ducens originē, qui à filia maxima natu  
Ptolemai Auletæ expulsi, à suis in virum accersitus,  
non multò pòst ab ipsa expellitur, cùm eius ignobilis-  
tatem, atq; illiberalitatem pati non posset. Strabo:  
unde illi ab ordinandis Cybijs, quæ forte ipsemē fa-  
miliæ dispensaret, meritò sordidissimum cognomen  
tum adhēsit, quo & Vespasianum principem, ut sunt  
Alexandrini dicaces, propter eius avaritiam asper-  
serunt, quemadmodum & Syria regi Physcon cog-  
nomentum fuit à crassiore intestino, quod multa ca-  
peret. Illud etiam ex Atheneo addes, Salsamētā Græ-  
cis diuīm esse generum, horæa & thunnia, id est, è  
thyynno, salsa caro thunnia vulgò dicta. Horæum ue-  
rò quasi tempestuum esse dictum, cuius macra pin-  
guibus præferantur, cùm in thunnijs macris pinguis  
præponantur, quæ cybia nuncupentur. horæa autem  
ex pelamide, id est, lutaria minore sunt, thunnia ex  
maioribus. Sit autem idem uræum, de quo Plini. cūn  
horæo, mox aliis.

Physcon  
Syriæ rex.

## EX TITO.

**C**V M ex instituto Tiberti. Aurelius Vi-  
ctor in hanc sententiam: Dehinc cùm donata  
concessione à prioribus principibus firmare inseque-  
tes solerent: simul ut imperium cepit, talia possiden-  
tibus editio sponte cauit, uel concepit.

EX

668 ANNOT. IN C. SVE. TRAN.  
EX DOMITIANO.

**N**Am uenatores, gladiatoresq; & no  
ctibus ad lychnos. Par error cum eo, qui  
in Cæsare Dictatore inoleuerat: restituenda igitur  
lectio, & lychnuchos legendum, ut admonui.

Edixit, ne quis in Italia nouellaret, utq; in  
prouincij uineta succiderentur. Aliâ Phi-  
lostratus asserit editi causam, præcipue in Asia,  
quod homines uino nimium indulgentes, seditiones  
excitarent: quare & Domitianus id etiam in tota  
Asia ueterat. Verum Scopeliano sophista celebri-  
mo legatione communi Asie nomine suscipiēt, et re-  
stitutæ uites, & donatus est ille amplissimis à Domi-  
tiano muneribus, admirante in primis uiri copiam et  
ubertatem dicendi. Illud etiam scitu dignum, prouincij  
quibusdam à Probo imperatore concessum, ut  
uineas alerent.

**S**ubfici- Subficia quæ diuisis per ueteranos agris  
- uus ager. carptim super fuerant. Quid subficiuum seu sub-  
cisiuum sit, notissimum grammaticis est: subficius  
autem ager, de quo hic agitur, Boëthio is est, qui se-  
cundum proprias determinationes ascriptus in fini-  
bus suis tabulario Cæsar is insertur, & qui beneficio  
concessus, aut assignatus coloniae fuerit siue is proximus,  
siue longius positus: quem colonia in tabulario  
Cæsar is manu conditoris subscriptum habere debet.

Item

Item ager similis subcisius est, qui non assignatus  
 Republicæ, populoq; aut coloniæ, cuius fine circun-  
 datur, remanet in eius potestate, qui assignare potue-  
 rit, hoc est, principis. Vnde inter XIII. controuera-  
 siarum genera illa uel præcipua est, quæ de subcisiis  
 agris oritur.

F I N I S.

## LOCA SVE TONII PER ERASMVM RESTITVTA.

ERASMVS ROTERODAMVS

candido lectori S. D.



VM hanc editionē iam ador-  
 nassem, cōmodū allatus est  
 Suetonius, Aldinis typis excu-  
 sus, sed emēdatus opera Bapti-  
 stæ Egnatij, uiri cū primis tū  
 integri, tū eruditissimā utrung;  
 iuxta requirendū arbitror in  
 eo queterū lucubrationes emendandas aut explican-  
 das suscipit. Evidem Aldi mei mortem, hoc fero mo-  
 deratius, q; in hac restituendi bonos autores prouina-  
 ciām successerit, qui demortui per se clari gloriā ob-  
 scuret: si tamē hoc est obscurare, uirtute uirtutē uina-  
 cere.